

incidisse. Actum Halberstat per sententiam in generali sinodo nostra presentibus clericis et laicis infinitis VII. kal. aprilis, pontificatus nostri anno quinto decimo.

(S.)

## 342.

5 *Markgraf Heinrich will, daß das Kloster Altzelle, welches sein Großvater und Vater erbaut, begütert und zur Begräbnisstätte erwählt haben, woselbst auch er begraben sein will, in seinen Besitzungen unverkürzt bleibe, und überweist demselben alle Pfarren in Freiberg sammt dem Hospitale daselbst.*  
**Strauf, 1225 Juli 4.**

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 266. S., an blau-braunweißen Hanffäden, = Taf. III. 4.*

10 *Gedr.: Riedel, Cod. dipl. Brand. I. 10, 118. Auszug: Cod. dipl. Sax. reg. II. 12, 6.*

*Ann.: Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 23. 51. Von der Hand des Konrad von Urspringen.*

:In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus dei gratia Mysinensis et Orientalis marchio universis: | Christi fidelibus inperpetuum. Si digne considerare velimus, icircō bonitas divina nos principali dignitate nobilitavit, quatenus de nostra  
 15 habundantia Christi pauperibus et ecclesiis subveniamus alacriter et devote. Hac ratione cum teneamur omnibus, maxime tamen cenobio | Cellensi, quod pii progenitores nostri, avus scilicet et pater, a fundamentis construxerunt atque competentibus prediis dotaverunt et sepulturam sibi in ipso elegerunt, quam et nos ibidem quoque corporaliter affectamus, volumus ergo, ut, quecunque bona nunc habent fratres ipsius cenobii tam in parrochiis  
 20 quam in prediis ipsorum vel aliorum donacione aut etiam emptione, que rationabiliter et legitime nunc possident, salva et integra ipsis permaneant. Insuper nos de propria liberalitate ante habitis aliqua superaddere cupientes pro peccatis parentum nostrorum et nostra successiva prosperitate omnes parrochias in Vrberc scilicet sancte Marie, sancti Petri, sancti Iacobi, sancti Nicolai, sancti Donati atque hospitale pauperum, quod inibi  
 25 constructum est, cum omnibus attinentiis et, si que nove parrochye constructentur, omnes eis contulimus legitimo proprietatis tytulo possidendas inperpetuum, in quibus nullus eos inquietare presumat, qui nostras et successorum nostrorum inimicicias voluerit evitare. Ut itaque factum hoc clareat tam modernis quam posteris, paginam hanc nostre potestatis sigillo munitam super eo dedimus conscriptam manu scriptoris domini Cunradi parrochiani  
 30 de Vrspringen anno incarnationis dominice M. ccc. xxi. v., indictione xiii., concurrente ii., epacta ix., tempore Honorii pape ac Friderici inperatoris, astipulante honestorum virorum testimonio, quorum ista sunt nomina: Pobo comes de Henninbere. Winemarus abbas de Porta. Willehelmus abbas de Bylhildhusen. Symon cellerarius, Albertus infirmarius, monachi Cellenses. Godefridus servus sante Crucis et monachus Portensis. Cvnradus  
 35 prespiter et capellanus. Laici quoque: Hermannus burgravius de Novo Castro et Albero de Rochowe. Fridericus de Haldegge. Sterkerus de Vroburg. Vlricus de Maldiz. Cvnradus de Stenbach. Heinricus de Clebere. Botlo de Sconinbere et frater eius Hermannus. Iohannes de Brandiz filius Gozwini. Otto de Disgowe. Kristianus de